

tuit Meth. lib. 6. coment. 6. Popularium lib. 12. & 13. Meth. & lib. 5. Simpl. cap. 17. & 19. quoniam methodo adinveniri non possunt, sed jam cognitis, benè methodo confirmari; Sed mala ista intemperies, sive innominata qualitas, tollitur à rebus occurrentibus à tota substantia. Sed quoniam diximus carnem Viperae occurrere omnibus venenis, præcipuè virulètorum omnium, antequam ad cor prorepant, carne ipsa sola, aut assa, aut elixa, aut cū ptisana, aut cum aqua vitæ, vel vino, vel Theriaca, & quando morbus requirat, cum aqua rosata, utpotè in febribus mali moris, in peste, & in febre pestifera cum syrupo ex toto citro, vel refrangatur cum acido citri, vel oxalidum, vel decocto ex soncho, & pimpinella, acetosa, & appijs malis cum punctis rubeis, & sic in intemperaturis venenosisq; morbis in partibus similaribus occurremus.



DE MORBIS INSTRUMENTARIJS VENENOSIS, & eorum curatione, externis & internis remedijs.

CAP. XXI.